

ebátur, inde vita resúgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque víncerétur: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominationés, tremunt Potestátes. Cæli, cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicénte:

Ps. 24: 22

RÉDIME me, Deus Israël, ex ómnibus angústis meis.

DA, quæsumus, omnipotens Deus: ut, quæ divína sunt, jugiter exsequénte, donis mereámur coeléstibus propinquáre. Per Dominum.

Oremos. Humillad ante Dios vuestras cabezas.

DA nobis, quæsumus, Dómine: perseverántem in tua voluntáte famulátum; ut in diébus nostris, et mérito et número, pópulus tibi sérvienti augeátur. Per Dominum.

la vida, y el que en un árbol venció, en un árbol fuese vencido por Cristo nuestro Señor; por quien alaban los Ángeles a tu majestad, la adoran las dominaciones, la temen las Potestades y la celebran con igual júbilo los Cielos, las Vírgenes de los cielos y los bienaventurados Serafines. Te rogamos, que, con sus voces admitas también las de los que decimos, con humilde confesión:

COMUNIÓN

¡Oh Dios de Israel!, líbrame de todas mis tribulaciones.

POSCOMUNIÓN

Haz, te rogamos, Dios todopoderoso, que ejecutando constantemente los preceptos divinos, merezcamos acercarnos a los dones celestiales. Por nuestro Señor.

ORACIÓN SOBRE EL PUEBLO

Te suplicamos, Señor, nos concedas que te sirvamos constantemente, según tu voluntad; a fin de que en nuestros días el pueblo que te sirve aumente en méritos y en número. Por nuestro Señor.

PROPRIO DE LA MISA MARTES DE LA I SEMANA DE PASION

Ps. 26: 14, 1

EXSPÉCTA Dóminum, viríliter age: et confortétur cor tuum, et sústine Dóminum. Ps 26: 1. Dóminus illuminátio mea et salus mea: quem timebo? Exspecta.

NÓSTRA tibi, Dómine, quæsumus, sint accepta ieiúnia: quæ nos et expiándo grátia tua dignos efficiant; et ad remédia perdúcant atérna. Per Dominum.

Dan. 14: 27-42

IN diébus illis: Congregáti sunt Babylónii ad regem, et dixerunt ei: Trade nobis Daniélem, qui Bel destrúxit et draconem interfecit, alioquin interficiémus te et domum tuam. Vidit ergo rex, quod irrúerent in eum veheménte: et necessítate compúlsus trádidit eis Daniélem. Qui misérunt eum in lacum leónum, et erat ibi diébus sex. Porro in lacu erant leónes septem, et dabántur eis duo córpora cotídie et duæ oves: et tunc non data sunt eis, ut devorárent Daniélem. Erat autem Hábacuc prophéta in Judæa, et ipse cóxerat pulméntum, et intríverat panes in alvéolo: et ibat in campum, ut ferret messóribus. Dixítque Angelus Dómini ad Hábacuc: Fer prándium, quod habes, in Babylónem Daniéli, qui est in

INTROITO

Espera en el Señor, y pórtate varonilmente; cobre aliento tu corazón, y espera con paciencia al Señor. Salmo. El Señor es mi luz y mi salvación: ¿a quién he de temer yo? Espera.

COLECTA

Te suplicamos, Señor, que nuestros ayunos te sean agradables y que, sirviéndonos de expiación, nos hagan dignos de tu gracia y nos alcancen el remedio eterno. Por nuestro Señor.

EPISTOLA

En aquellos días: Quod cum audissent Babylonii, indignati sunt vehementer: et congregati adversum regem, dixerunt: Judæus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, et sacerdotes occidit. Et dixerunt cum venissent ad regem: Trade nobis Danielelem, alioquin interficiemus te, et domum tuam. Qui miserunt eum in lacum leonum, et erat ibi diebus sex. Porro in lacu erant leones septem, et dabantur eis duo corpora quotidie, et duæ oves: et tunc non data sunt eis, ut devorarent Danielelem. Erat autem Habacuc propheta in Judæa, et ipse coxerat pulmentum, et intriverat panes in alveolo: et ibat in campum ut ferret messoribus. Dixitque Angelus Domini ad Habacuc: Fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli, qui

lacu leónum. Et dixit Hábacuc: Dómine, Babylónem non vidi, et lacum nescio. Et apprehéndit eum Angelus Dómini in vértice ejus, et portávit eum capíllo cápitis sui, posuitque eum in Babylóne supra lacum in ímpetu spíritus sui. Et clamávit Hábacuc, dicens: Dániel, serve Dei, tolle prándium, quod misit tibi Deus. Et ait Dániel: Recordátus es mei, Deus, et non dereliquísti diligénte te. Surgénsque Daniel comédit. Porro Angelus Dómini restítuit Hábacuc conféstim in loco suo. Venit ergo rex die séptimo, ut lugéret Daniélem: et venit ad lacum et introspéxit, et ecce Dániel sedens in médio leónum. Et exclamávit voce magna rex, dicens: Magnus es, Dómine, Deus Daniélis. Et extráxit eum de lacu leónum. Porro illos, qui perditionis ejus causa fuerant, intrómisit in lacum, et devoráti sunt in momento coram eo. Tunc rex ait: Páveant omnes habitánte in univér-sa terra Deum Daniélis: quia ipse est salvátor, fáciens signa et mirábilia in terra: qui liberávit Daniélem de lacu leónum.

Ps. 42: 1, 3

DISCÉRNE causam meam, Dómine: ab homine iníquo et dolóso éripe me. *V̄*. Emítte lucem tuam et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum.

Jn 7: 1-13

IN illo témpore: Ambulábat Jesus in Galilaeam, non enim volébat in Judaeam ambuláre, quia quærébant eum Judaei interfícere. Erat autem in próximo dies festus Judæórum, Scenopégia. Dixérunt autem ad eum fratres ejus: Transi hinc, et vade in Judaeam, ut et discípuli tui vídeant ópera tua, quæ facis. Nemo quippe in occúlto quid facit, et quærít ipse in palam esse: si hæc facis, manifesta teípsum mundo. Neque enim fratres

est in lacu leonum. Et dixit Habacuc: Domine, Babylonem non vidi, et lacum nescio. Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice ejus, et portavit eum capillo capitis sui, posuitque eum in Babylone supra lacum in impetu spiritus sui. Et clamavit Habacuc, dicens: Daniel serve Dei, tolle prandium, quod misit tibi Deus. Et ait Daniel: Recordatus es mei Deus, et non dereliquisti diligentes te. Surgensque Daniel comedit. Porro Angelus Domini restituit Habacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo ut lugeret Daniele: et venit ad lacum, et introspexit, et ecce Daniel sedens in medio leonum. Et exclamavit voce magna rex, dicens: Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum. Porro illos, qui perditionis ejus causa fuerant, intromisit in lacum, et devorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait: Paveant omnes habitantes in universa terra Deum Danielis: quia ipse est Salvator, faciens signa, et mirabilia in terra: qui liberavit Daniele de lacu leonum.

GRADUAL

Defiende mi causa, Señor: líbrame del hombre inicuo y engañador. *V̄*. Envíame tu luz y tu verdad: estas me han de guiar y conducir a tu monte santo.

EVANGELIO

En aquél tiempo, después de esto andaba Jesús por Galilea, porque no quería ir a Judea, visto que los judíos procuraban su muerte. Mas estando próxima la fiesta de los judíos, llamada de los Tabernáculos, sus hermanos y parientes le dijeron: Sal de aquí y vete a Judea, para que también aquellos discípulos tuyos vean las obras maravillosas que haces. Puesto que nadie hace las cosas en secreto, si quiere ser conocido; ya que haces tales cosas, date a

ejus credébant in eum. Dixit ergo eis Jesus: Tempus meum nondum advénit: tempus autem vestrum semper est parátum. Non potest mundus odísse vos: me autem odit: quia ego testimónium perhíbeo de illo, quod ópera ejus mala sunt. Vos ascéndite ad diem festum hunc, ego autem non ascénde ad diem festum istum: quia meum tempus nondum implétum est. Hæc eum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc et ipse ascéndit ad diem festum non maniféste, sed quasi in occúlto. Judaei ergo quærébant eum in die festo, et dicébant: Ubi est ille? Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicébant: Quia bonus est. Alii autem dicébant: Non, sed sedúcit turbas. Nemo tamen palam loquebátur de illo, propter metum Judæórum.

Ps. 9: 11, 12, 13

SPERENT in te omnes, qui novérunt nomen tuum, Dómine: quóniam non derelínquis quærénte te: psállite Dómino, qui habitat in Sion: quóniam non est oblítus oratiónes páuperum.

HÓSTIAS tibi, Dómine, deférimus immolándas: quæ temporálem consolatiónem significant; ut promíssa non desperémus ætérna. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui salutem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors ori-

conocer al mundo. Porque aun muchos de sus hermanos no creían en él. Jesús, pues, les dijo: Mi tiempo no ha llegado todavía; el vuestro siempre está a punto. A vosotros no puede el mundo aborreceros; a mí sí que me aborrece, porque yo demuestro que sus obras son malas. Vosotros id a esa fiesta, yo no voy todavía a ella; porque mi tiempo aún no se ha cumplido. Dicho esto, él se quedó en Galilea. Pero algunos días después que marcharon sus hermanos o parientes, él también se puso en camino para ir a la fiesta, no con publicidad, sino como en secreto. En efecto, los judíos en el día de la fiesta le buscaban por Jerusalén, y decían: ¿En dónde está aquel? Y era mucho lo que se susurraba de él entre el pueblo. Porque unos decían: Sin duda es hombre de bien. Otros al contrario: No, sino que trae embaucado al pueblo. Pero nadie osaba declararse públicamente a favor suyo, por temor de los judíos principales.

OFERTORIO

Confíen en ti los que conocen tu nombre: porque jamás has desamparado, Señor, a los que a ti recurren: Cantad himnos al Señor que tiene su morada en el monte de Sion: porque no ha echado en olvido el clamor de los pobres.

SECRETA

Te ofrecemos, Señor, estas hostias que han de inmolarsse: que nos sirvan de consuelo temporal y nos alcancen los dones eternos prometidos. Por nuestro Señor.

PREFACIO DE LA SANTA CRUZ

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, que pusiste la salvación del género humano en el árbol de la cruz, para que de donde salió la muerte, saliese